



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Conciliarvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

**Parisiis, 1644**

X. Quanti debeant iudicare sacerdotem, atque Leuita[n].

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15256**

ANNO  
CHRISTI  
397.

te & inconsulto episcopo, complurimis in domiciliis agant agenda, quod disciplinae incongruum cognoscit esse sanctitas vestra. Genedius episcopus dixit: Fratris & coepiscopi nostri dignae suggestioni respondere non immoremur. Ab vniuersis episcopis dictum est: Quisquis presbyter inconsulto episcopo agenda in quolibet loco voluerit celebrare, ipse honori suo contrarius existit.

X.

\* Selabitanus

Felix episcopus \* Selemfelitanus dixit: Etiam hoc adiicio secundum statuta veterum Conciliorum, ut si quis episcopus (quod non opinamur) in reatum aliquem incurrerit, & fuerit ei nimia necessitas, non posse plurimos congregare; ne in crimine remaneat, a duodecim episcopis audiat, & a sex presbyteris, & a tribus diaconibus, cum proprio suo episcopo. Genedius episcopus dixit: Quid ad hoc dicit sanctitas vestra? Ab vniuersis episcopis dictum est, a nobis veterum statuta debere seruari.

Cod. Can.  
12. & 13.

15. qu. 7. Felix 3. qu. 8. Suggestio secundum sta.

XI.

\* Abziritanus  
al. Abziritanus

Victor episcopus \* Abderitanus dixit: Roboranda est ecclesiastica disciplina, ne quisquam episcoporum alterius plebes, vel diocesim sua importunitate pulsare debeat. qui hoc facere tentauerit, quemadmodum coercendus est? Genedius episcopus dixit: Et lex sancta prohibet, & ipsa veritas definit, non debere quemquam aliena concupiscere. Proinde, quid etiam vobis omnibus placeat, propria voce signate. Ab vniuersis episcopis dictum est: Placet, secundum diuinæ legis & sancti euan-

Exod. 20.  
Deut. 5. & 7.  
Deut. 19.  
Ex. 27.  
Leuit. 22.

Matth. 5.